

Petri Plateani Angolismæi,

IN SUMMO TRIBVTORVM VE-  
Etigaliúmque Tribunali, Regij patroni Paraphrasus,

In Titulos Institutionum Imperialium de Actionibus, Exce-  
ptionibus, & Interdictis. Quibus potior iuris pars con-  
tinetur, præsertim qua in foro quoridie magis  
versatur. Scolijs seorsum margini adpositis,  
per qua lector intelligat, quid Pontificiũ  
decretis Principum nostrorum con-  
stitutionibus, vsuue à Iustiniani  
preceptis detractum sit: &  
quatenus qua ab eo  
tradita sunt sequi  
opporteat.



Cum priuilegio.



P A R I S I I S,

Apud Galeotum à Prato, ad primam co-  
lumnam Regij Palatij.

I 5 4 8.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

# Petri Plateani Angolismæi,

IN SUMMO TRIBVTORVM VE-

Etigaliũque Tribunali, Regij patroni. Ad clarissimum

Senatus Parisiensis præsidem à sancto Andrea,

Præfatio.

**O**Mnium omnino vitiorum, & incõmodorum, quæ quotidie in iudicijs versantur, vna cautio, vnâque vel præcipua prouisio, iure semper habita est clarissime Præses, quâ fieri potest optimè actionem concipere, & intendere. Est enim petitionis libellus causæ totius fundamentũ, & veluti carina: quo malè constituto, vix quicquam commoda superstrui potest. Itaque quum multa Iustinianus ad rectè componendum ciuitatis statum tradiderit, nihil tamẽ vtilius, perfectiusque scriptum videtur reliquisse, quàm quod postrema hac, eadẽque difficillima institutionum parte, de Actionibus breuiter differuit. In quibus explicandis tantum ille industria, diligentiaque adhibuit, vt nihil prorsus, cum ad actiones cautè instituendas, prudentèrque persequendas, tum ad litium compendium, reliqui fecisse videatur. Quarum quidem rerum ignoratione antea contigisse audiimus, ipsi etiam vidimus, vt plurimi actionis formulam à re alienam temerè in iudicium deductam, non sine risu, atque incommodo plerunque emendarent: sæpius maiore cum damno lite excideret: Aut quod omnium hac in re puto esse miserrimum, dum ea male cõcepta, institutâque rectum cursum nullo modo tenere posset, ad extremum per omnes forenses Meandros peruagata, sic in salebra hæreret, vt inde nõ nisi ægerrimè, ac ingenti actoris dispendio abduci posset. Adeò vt haud facile statuas, an vlla in parte iudiciorum sæpius, perniciosiusque hodie peccetur. Quem ego errorem quum imprimis hominibus nostris vitandum esse existimarem, & in eo rudioribus adiumentum adferre studerem ( neque enim vt ait ille.

# Petri Plateani Angolæi, in sum- MO TRIBVTORVM VECTIGA-

liumque tribunali Lutetia Parisiorum Regij patroni,

Paraphrasis in titulu de Actionibus, libro In-  
stitutionum Imperialium quarto.

**Q**UONIAM haftenus de obligationibus dictu est, con-  
sequens est, vt illarum vim effectumque explicemus  
(nempe actiones) quas obligationes ipsæ pariunt, &  
quæ obligationum etiã vincula tutantur. Parum enim  
esset de personis earundemque dominiis & obligatio-  
nibus vidisse, nisi & de actionibus, quibus personæ ipsæ dominia,  
obligationesque suas tuentur & conseruant, diceremus. Vnde ap-  
pellatæ sunt actiones, quod ad iudicia eos agamus, à quibus nobis  
aliquid quocunque modo debetur. Actio autē nihil aliud est, quàm  
ius quoddam, seu libera quædam facultas persequendi in iudicio  
quod sibi debetur. Atque omnem omnino actionem ex quacunque  
obligationis causa quid debeat, propter quam lex agere nō pro-  
hibeat, hac diffinitione comprehendimus, siue civilis, siue honora-  
ria, siue fideicommissi fuerit persequutio <sup>b</sup>. Nā & persequutionis  
verbum omnes apud iudicem postulationes tam ordinarias, quàm  
etiam extraordinarias complectitur, ipsasque officij iudicis implo-  
rationes, quæ actionum instar obtinent <sup>c</sup>: quod tamen iudicis offi-  
cium tum implorari animaduertendum est, cum solida vel expressa  
deest obligatio, aut summo iure actio, quam tamen competere æ-  
quitas suadet: vt si te solum hæredem meum damnauero vt i mo-  
numentum certa pecunia facias, nullam obligationem ea scriptu-  
ra recipit: ad supremæ tamen voluntatis obsequium iudicis officiu  
te compellet <sup>d</sup>: Aut si ingratum libertum in seruitutem reuocare  
volueris, quia nulla actio stricto iure competit, extra ordinem iu-  
dicis officio id curandum <sup>e</sup> erit. Interdicta quoque actionis verbo  
continentur <sup>f</sup>, de quibus suo postea loco dicturi sumus in iudicio  
tamē persequutionem arctauimus, propter ea quæ vel extra iudicij  
limen sine actione legitimè persequimur: veluti debitorem qui fu-  
gam parat, quem propria authoritate consequi & apprehendere

Super-  
est vt de  
Actio-  
nibus.

a l. Licet. §.  
ca obliga-  
tio. ff. de p-  
curatorib.

b l. Pecun-  
nie verbu,  
in fin. ff. de  
verb. signi.

c l. actiois  
verbo. ff. de  
actio.

d l. heredi-  
tas. ff. de pe-  
ti. herediti.

e l. i. C. de  
libert.

f d. l. actio-  
nis verbor.

EXCVDEBAT RENATVS

*Aprilis, expensis honesti viri Galeoti à Prato, Bi-  
bliopola in Academia Luetia Parisiorum,*

*Anno millesimo quingentesimo*

*quadragesimo octauo. 13.*

*cal. Septembris.*

1548.



*Cum gratia & privilegio.*



Cum gratia & priuilegio.